



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Ioannes Angelvs C. 24. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

OCT.
forti-
cabis,
virtus
obrū.
re im-
RCIVS
on pro-
angu-
rna ve-
quantum
stravit,
em ser-
ati, sive
a aliud
cum vi-
n, nunc
tamen
mè au-
si se fal-
n, pra-
ca om-
ed ecce
ciderat,
t resti-
s longe-
ere, non
faciem
ere al-
, atque
ruit, &
MAR-
CIVM

24.OCT. *Vita Sanctorum.* 585
CIVM inviserint; quos inter puerum
memorant, fallente vestigio, in subje-
ctam vallem innoxie lapsum. *Quid?*
quod saxum ingens spelæo imminens
& à rupe suâ avulsum saltu MAR-
CIVM transiit, qui jam à principio ca-
tenæ, quæ modum ambulationi præ-
scriberet, pedem alterum illigavit; mo-
nitus tamen à D. Benedicto amoris po-
tiū funiculis teneri vellet, catenam
quidem posuit, cæterum longitudinem
ejus nunquā excessit, nisi cum excedere
denique mors felix jussit. Ex S.Greg.P.

B. IOANNES ANGELVS C.

24. Octobrus.

JOANNEM ANGELVM exhibeo,
vel nomine suo debitum VIRGINI;
cui nempe si immortales illi Angeli
servire gaudent, quidni noster etiam?
Atque hoc est, quod Mediolani in libe-
râ nobilique familiâ natus annumerari
tamen Florentiæ Servis MARIÆ præ-
optarit. Ibi illum, ut scias quo vota sua
miserit, abiisse inter preces in aëra
ajunt, multaque alia fecisse, quæ posteri
miramur. Sola castissimi interula in-
numeris parientibus auxilio velut ob-
stetrix salutaris adfuit. Racemum cum
è vite alio tulisset, & ægrè alii hoc fer-
rent, viti suæ quam mox ita restituit,
ut ne cicatricem è vulnera superstitem
cerneres. Illud omnino & scriptu &

Pp lectu

15. OCT.
536 *Vita Sanctorum.*

lectu jucundum. VIRGINIS seruo, ANGELO inquam nostro feliores illos Angelos inservisse. Nam fuit, cum e morbo decubenti incidere venant medicus constituit. Hic, absentibus omnibus aliis, adfuere est caelo ephebi gmini caelo ipso suo formosiores, qui lumen aliave ministrarunt, & sanguinem ægri obsequiosi exceperunt. Tanti sanè erat omnem omnino sanguinem prodigere. Certè tam duriter vixit 10 ANNES, ut præter cutem & ossa vix quidquam hominis jam haberet, erectius ANGELYS dicendus, quod minus jam carnis illi erat. Hanc denique omnem posuit anno partæ salutis M. D. VI. Laudes ejus funebres (quod puto impar his lingua esset) campana sponte impulsæ cecinerunt. Ex Ferrar.

SS. CHRYSANTHVS & DARIA MM.
25. Octobris.

CHRYSANTHVS patre natus Pole mio senatorii ordinis viro, dum fortuitò in manus sumit, quem Evangelii librum dicimus, legitque, manu dare Christo discit, brevi lectione longè pluriū edoctus. At Polemijus, ut filium à Christianā disciplinā dimovret, nihil non movere, carcerique dénum mancipare. Sed hic Gymnastr in star virtuti erat. Ergo ad insidias amicorum confilio versus cubiculum ador